

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1455

Autre(s) référence(s) : Fauroux 29

Auteur(s) : Richard II, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Chartres, Saint-Père (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : [1015-1025]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard II, comte de Normandie, donne à Saint-Père de Chartres l'église de Breteuil (« Rescolium ») dans le comté d'Évieux.

A la suite de l'acte, une notice explique que l'église Saint-Rémy à Breteuil, auprès de l'Avre, fut réunie à la paroisse de Saint-Georges [-Motel] du consentement du comte Richard.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 29, p. 116-117.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir M. Fauroux, p. 117.

Texte établi d'après a

Universorum conditor Deus mirabilis est in suis operibus, dum ex aliis alia, ex minoribus scilicet portat majora. Cujus rei sinceram considerationem intus faciendo, et in hoc ipsi grates debemus non minimas, et in illo, corde, voce, opere, quam maximas, quod non solum, ut prælibavimus, ex temporalibus fovet perpetua, verum etiam ea, rationabiliter dispensando, misericorditer provehit ad æterna. Ad hujus itaque perfecti et tam obtabilis gaudii fidem firmandam, inter cetera quæ mortalibus spem sanctæ æternitatis ingerunt, ipsa ait veritas per semetipsam : « Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula ». Quod dono sentiens ejus, ejusdem nutu Normannorum comes, ego Richardus, inter cetera quæ, eo inspirante, ei ex suo reddidi, quandam æcclesiam in ipsius nomine monachis Sancti Petri Carnotensis coenobii dedi, quæ in Ebroicensi comitatu est sita, in villa quæ est ex nomine Rescolium dicta. Hoc autem, hujus rei gratia, credidi istis apicibus, ut dapsilibus in exemplum et testimonium sit rapacibus. Quod si quis contradictionem dationi fecerit suprascriptæ, quandiu in hac permanserit intentione, humana et divina multetur maledictione. S. Richardi comitis. S. Rodberti archipræsulis. S. Gunnoridis comitissæ. S. Richardi, filii comitis. S. Rodberti, filii comitis. S. Unfridi.

Supradictus viculus a rebus colligendis Rescolius olim quidem dicebatur : ibi enim res fisci colligebantur vel congregabantur. In quo, non longe ab Arva flumine, propter quandam fontem, quadam æcclesiola lignea sita erat in honore sancti Remigii. Defluente vero tempore, et viculus cum æcclesia bellis assiduis ad nichilum pene deducitur et tunc, annuente comite Richardo, parrocia ipsa unita est Sancti Georgii parrochiæ, cujus æcclesia non longe

aberat, et altare Sancti Remigii in ala istius æcclesiæ a monachis translatum est, ubi permansit donec a modernis monachis major cemento et lapide est edificata.